



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Scholastico, qui annum probationis impleuit in nigro ordine timore
solentij, cap. 46

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

vitam sæpe auertit; conuersos, ne proficiant, impediens
 APOLLONIUS: Da exemplum.

CAPVT XLVI.

CÆSARIUS:

*Puſillanimitatis
 exempla.*

Abbas quidam nigri Ordinis, modò monachus in ordine nostro, n arrauit mihi, quòd magiſter quidam Pariſienſis, ad ordine noſtrum venire deſiderans, ſilentium primi anni ex quadam puſillanimitate mentis ita timuit, vt ordinem nigrorum intraret, ibique probationis annum compleret: qui mox vt factus eſt monachus, dixit ad Conuentum: Gratiar ago vobis domini mei de beneficiis mihi à vobis exhibitis, quia ad quod veni, hoc apud vos expleui; modò cum licentia veſtra migro ad ordinem Ciftercienfem: non enim veni vt vobiscum manerem, ſed vt inter vos tentationes, quas timui mihi, temperarem. Venienſque ad quandam domum ordinis noſtri, non vt nouitius probationem intrauit, ſed habitum tantum mutauit.

CAPVT XLVII.

Recordor nunc cuiuſdam viri valde literati, & cuiuſdam nobiliſ eccleſiæ Prælati; huic cum auper dicerem, quare non venitis, vt quid tam diu expectatis? Reſpondit mihi: Non audeo intrare in tentationem; diſtinctionem ordinis, tentationem appellas, ex multo enim tempore voluntatem habuit veniendi ad ordinem, ſed quadam puſillanimitate impeditus eſt vſque huc. Huius cõgruit illud Salomonis: Qui obſeruat ventum non ſeminat. Ventus eſt tentatio, ſeminatio conuerſio: qui nimis timet in ordine tentari, vix poterit ad ordinem conuerſi. Noui plures in ſeculo, tam clericorum quam laicorum, qui à multo tempore votum fecerunt, nec tamen audent conuerſi timore tentationum; ſemper ante oculos habent tentationes, ſed non conſiderant multimodas, quæ in ordine ſunt, conſolationes. Ecce exemplum.

CAPVT XLVIII.

Retulit mihi Daniël Abbas Sconauix, militẽ quendam honeſtum, & in militia nominatum, in Campa